



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

Tit. 41. De celebrat. Missarum, & Sacram. Eucharistæ, & Divinis officiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

in qua cadavera infidelium sepeliuntur, consecrare non licet, sed si apta videatur ad consecrandum, non nisi evulsis inde corporibus, eratis parietibus & tignis, trædificanda & consecranda est, can. Ecclesiam 28. De consecr. Distinct.

1. Dixi, per injuriolas sanguinis effusionem; quia sola talis Ecclesiam polluit, d.e. unico eord. in  
2. non si casu aliquo percussus fuerit quis ad sanguinis profundi vium, aut si modicus fluat sanguis, ex naribus puta percussi, Piale, d.n.7. in prime.

Dixi, etiam Martyris; quia licet sanguis Martyris Ecclesiam non polluat, sed ornet: tamen ecclesia polluitur propter persecutoris aet ourem, quæ Deo displicet, non ob Martyris passionem quæ D. o est gratissima.

6. Postò Ecclesia polluta, etiam coeneterium, eidem contignum, censetur esse pollutum non è converso, ne minus d.g. um & accessoriuum tractat ad se magis d.g. um & principale, d. cap. un. o, juncto cap. Accessoriuum De R. I. in  
6. Duorum vero plurium necesse est veteriorum, sibi cohærentium, sed pariete subiunctorum, polluto altero, ille cum propter rei non censetur pollutum, licet ab uno ad undecim accessus, d.e. unico, ubi plenius Gloss. ad V. polluti. Ut autem Ecclesia postea econseruat, ita & altaria in ea existentia, Panormit, & alii in d. c. Proposuisse h. e.

Notandum hic quoque, diem anniversarium consecrations ex iusta causa posse in aliud diem transfecti, prout respondit Sacra Congregatio Episcopo Bristoniensis 19. Februario 1585,

## TITULUS XL.

### De celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiae, & diuinis officijs.

§. I. Quid sit Eucharistia, & de materia hujus Sacramenti.

1. Definitio hujus Sacramenti.
2. Materia est panis & vinum.
3. & 4. Panis verò triti, eu, axymus non fermentatus,
5. Vinum autem de vite & purum.
6. Cur vinum aqua miscetur.

Consecratio Ecclesiae vel Altaris, de qua proxime dictum est, ordinatur ad celebationem Missarum, aliaque diuinæ officiæ ac principaliter ad confectionem Eucharistie, qua non nisi in Ecclesiae vel Altari consecrato celebrari debent. Acturusque de his Pontifex exorditur ab Excellentissimo & augustissimo Eu-

charistæ Sacramento, quia illud est Missa fundamentum & caput.

Nomen Missæ dicitur à mittendo, id est vel à dimittendo corpus Christianorum ad sacrificandum communicandumque congregato, vel à transmissa in cœlum hostia, pro nobis apud Deum Patrem propitiatoria, nempe ipso Christo redemptori nostro pro nobis oblato, itaque Missa pro missione dicitur, scilicet Collecta pro collectione. Proba pro probatione. Alii vocabulum Missæ volunt. scilicet Hebreorum vel Chaldaicurn, & significare oblationem; quod non videtur verosimile Beonio Epomi, in sua de ante quatuor Missæ R. lat. ore.

1. Quod ad Sacramentum Eucharistie atinet omnis variis nominibus, q. ibus hoc Sacramentum ob variis resp. &c. s. q. os habet, nuncupatur, d. si. iii pot. st. esse Sacramentum, continens sub specie panis & vini, vel alterius eorum, verum corpus & sanguinem Christi, ut colligitur ex e. Martha 6, h. 1. & decreto Concil. Trid. de hoc Sacramento Sess. 13. art. 2. & 3. & can. 1. & 3. Corpus quidem sub specie panis, & laniquem sub specie vini, ex vi ve horum; ipsam autem corpus sub specie vini; & sanguinem sub specie panis, animaque sub utaque, vi naturalis illius connexionis & concomitantie, quæ partes Christi Domini inter se copulantur; die vinitatem vero propter admittibilem illam quæcum corpore & anima hypostaticam unionem, prout expressè declarat Concil. Trid. d. loco. c. 3. Vide can. Species & plures alias, de consacrati. Dist. 2.

2. Materia hujus Sacramenti est panis triticus vinum de vite, modice aquæ mixtum, can. I can. non oportet & can. Cum omnes q. & alii de consecr. Distinct. 9, nam Christus in ul-

utem circa hoc Sacramentum instituens hanc materiam adhibuit. *can. In Sacramento Diff.*  
*3. Concil. Trident. Sess. 22 can. 4. ubi ait: Si quis dixerit, aqua non esse miscendi in calice offrendo, eo quod sit contra Christi institutionem, anathema sit.* \* *3. Panis qui dem triticus, cum quia illo communiter consumimur, tum quia ceteris in ius nutriti sunt praeferat. Hunc panis ex fratre, oryza, fabis, cattaneis, & id genere alijs fructibus vel leguminibus, non est materia huius Sacramenti: ut nec pisi, vel farina ex iusta, fricta & pulsat in piacem, ut satis in eis omnes continent. Similiter nec pants confectus ex aqua resistica, aut alia species distincte a naturali, nisi tam modicauerit admixta, quod in naturalem transuerit.*

*De filio eius & de pane sicut materia huius Sacramenti, dubitatur. Ita existimat Divus Thom. quia solo accidente differat filius a tritico, & ex tritico nasci soleat filius in isti filii & nasci terrena: Aliud dicendum de lolo, quam nato extrinco, quia mutat naturam & definit esse triticum, ut notatur *ad. can. In Sacramento.**

4. Graeci utuntur pane fermentato, Nicophilus lib. 3. cap. 18. melius Latini pane utuntur: etymo, seu non fermentato, est ut h. t. quia Christus in eo consecravit, nemp. *xiv. Luna Martii*, quo tempore non nisi azyri panis comedere poterant, ut patet. *Exodi 12. & cx. alias locis veteris Testamenti:* tum quia melius significatur synecdotis vita, requisita in accidentibus ad hoc epulum: tum quia melius degeneratur, quod verbum universit sibi naturam humanae purissimum ac sine ulla vitilis feminis præparationem. Etiam Latinus uteretur pane fermentato. Ut co-siceret hoc Sacramentum, iuxta communem Theologorum sententiam, aduersus Glos. *in can. 2. De consecrat. d. Distinct. 2. si d. graviter peccaret.*

5. Requiritur etiam Vinum de vite, ut loquitur Concil. Florent. *in instrucl. Armenior. quia in eo Christus Sacramentum hoc est. scilicet Luke 22. d. can. in Sacramento.* Et hoc solum vinum est proprium vinum. Hinc haec non est materia huius Sacramenti, *d. can. Cum omne Distinct. 2. ut nec ac turn ex vino confectum, cum non sit vinum, sed vini corruptela: nec etiam omnipachium, quod ex uvis immaturis*

explicatur, quia non tam vinum est, quam vi- ni quidam embryo. Aliud dicendum de vino acceperat, ac tendente ad actitudinem, quamdiu manet substantialis forma vini; licet in tali vino consecratio peccaret, ob irreverentiam Sacramenti. Similiter alter dicendum de ma- fto: nam Julius Pontifex *in d. can. Cum omne*, permittit in necessitate unas in calice premi. Non tam integra sunt Sacramenta misericordie, *can. Didicimus d. Distinct. 2. cum quia ibi aliquid est praeter vinum; tum quia uva nostra est moraliter vinum potabile, ut nec vinum congelatum.*

Cur autem vinum debet esse permixtum? quia, tunc adserit ratione Concil. Trid. d. Sess. 22. cap. 7. Prima est, quod Chirkum Domini natus fecisse creditur. Et haec ratio adseritur a plurimis Pro tribus & Conciliis, ut videtur licet apud Azot. 1. p. *Instr. Moral.* *lb. 10. cap. 30.* Secundus, quia e latere ejus famul aqua cum sanguine ex erit. *d. can. 1. De consecrat. Distinct. 2. ac propter id utrumque exprimendum mo- diea aqua perire cetur, sic ut a vino absorbeatur, et perniciosa penult. hoc sit. Alioquin licet quidam existimat aquam in calice admixtam vino non converti in sanguinem Christi, nisi ante haec in *Vinum converti*: nihilominus contraria sententia est probabilis, ut patet ex d. *Cum Marca hoc sit. Confirmatur que ex eo, quod saepè non possit tam eleuter aqua vino ad mixta naturali actione converti in *Vinum*, p. 25. it m. quando *Vinum* est dulile, & multum aqua admixtum, veluti festia pars, *innotet can.* 19. Concil. Triburensis. An autem aqua sit per- missenda in *Opere Christi præcepto*, an vele ex institutione Ecclesie, queri potest. Et proba- bilius est posterius colligitur ex Concil. Trid. d. loco Azot. d. capite 30. vers. Altera questio. Tertia ut resipiente tu uno Christi cum Ecclesie, nam *Vinum significat Christum, & aqua populi sualem, d. can. Cum omne vers. Ergo Distinct. 2.***

## §. II. De forma & Ministro Eucharistie

1. *E. ita quibus verbis confertur & effectus illius.*
2. *Ministrer huius Sacramenti, et solus Sacerdos licet malus, &c.*

*B. b. 3.*

*3. Cope.*

3. Confici de te in sacrificio Missæ.  
4. Et semel in die tantum regularis erit.

1. **F**orma consecrandi à Christo tradita, March 26. Marti 14. Luea 22. 1. ad Cor. 11. in pane est hæc. Hoc est corpus meum: & in vino. Hic est calix sanguinis mei, seu. Hic est sanguis meus. Qua prolatæ seu accedente ad prædictam materiam per debitum Ministrum fit conversionis totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis (quæ conversio convenienter & proprie ab Ecclesia transubstantiatione est appellata, Conc. Trid. d. Sess. 15. cap. 4.) ita ut eodem prorsus instanti, quo desinit esse substantia panis, sub speciebus incipiat esse corpus Christi & sanguis: ad eum modum, quo docent Philosophi, idem esse instans, quo desinit esse forma aeris, & producitur forma ignis. Remanentque post consecrationem solæ species, sine ullo prorsus subiecto, cum sola sua extensione, à se formaliter tantum distincta, non tiam cum quantitate substantiæ, ut probabiliter existimo.

In hoc autem Sacramento tria reperiuntur, quæ diligenter distinguenda sunt, videlicet forma visibilis panis & vini, veritas corporis, & virtus spiritualis, prout distinguuntur & explicantur in d.e. *Cum Martha §. I* distinguendum hoc sit.

2. Minister conficiens hoc Sacramentum est solus Sacerdos ritè ordinatus, c. i. sup. *De Trinitat.* can. Perleßius §. ad presbyterum Diff. 25. sive bonus sit sive malus, etiam irregularis, interdictus, suspensus ab Ordine, depositus, degradatus, Simoniacus, publicus & notorius peccator. Nam licet hi à jure consecrare prohibeantur, si tamen consecrarent de facto debita forma & intentione, verè efficiunt corpus Christi, quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris, can. Et dixit ap. in fine, can. *Quia corpus* 33. vers. *Recedat,* can. *Panis est* 55. & can. *Corpus* 60. *de consecrat.* Diff. 2. & virtute Spiritus S. can. *Verum* 72. ead. Diff. atque ut meritis bonorum virtus Sacramentorum non amplificatur, ita nec malorum vitijs attenuatur, can. *Multi* *secularium* 1. q. 1.

3. Conficiere vero hoc Sacramentum tenetur Sacerdos in sacrificio Missæ, ac tories illud sumere, quoties celebrat, & quidem sub utrigen-

que specie, can. *Relatum* 11. d. *Diffinit.* 2. Alioquin simulans se conficiere, & non conficiens, peccat gravius, quam qui conficit, sciens in peccato mortali se constitutum, quia primo casu Deo illudit, & proximum decipit, altero soluere offendit Deum, c. *de homine* 7. b. tit. *Consecrants autem & non communicans ab Ecclesiæ arcerunt ligninibus,* can. *Peracta* 10. d. *Diffinit.* & à celebratione suspenditur per annum, d. can. *Relatum.*

4. Tenetur item Sacerdos quilibet, quanto frequentius potest Missarum solemnias celebrare, c. *Significatum* 17. sap. *De præbendis.* Concil. Trid. Sess. 23. c. 14. semel tamen in die dumtaxat, c. *Consulusti* 3. b. r. quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: fælixque in primis est, qui unam dignè celebrare potest. Quia tamen quotidie peccamus, saltem iis peccatis, sine quibus mortaliter vivere infirmitas non potest, ideo iteratur quotidie hæc oblatio, ut quia quotidie labimur, Christus quotidie mystice pro nobis immoletur, & recidiva peccata relaxet, can. *Ite* 71. *De consecrat.* *Diffinit.* 1. Qui semper pecco. semper debo habeo medicinam, inquit D. Ambros. can. Si quietescimusque 14. d. *Diffinit.* Excipit dies Nativitatis Domini, quo tres, & casus necessitatis, quo duas, non eriam plures celebrare Missas licet, c. *Consulusti* 3. &c. Ex parte 5. b. r. modo tamen post sumptionem corporis Christi in prima vinum perfusionis seu ablutionis non acceperit, d. r. Ex parte: quia hoc Sacramentum à jejuno summi debet, can. *Nihil* 16. in fine VII. q. 1. Causa autem necessitatis, & cur tres Missas in Nativitate Domini celebrare liceat, vide apud Glos. in d.e. *Consulusti* & *Navar.* in *Manuali* cap. 15. num. 87.

### §. III. De alijs non conficientibus hoc Sacramentum, illud tamen sumentibus,

1. *Quilibet Christianus sumere illud debet, saltem semel in anno.*
2. *Quinam removeantur à Communione.*
3. *Laici & Clerici non celebrantes sub una specie communicant.*
4. *Solus Sacerdos erga hoc Sacramentum regulariter.*

Non

**N**on solum Sacerdos, hoc Sacramentum solus conscientis, illud sumere tenetur, sed & quilibet alius Christianus, ubi ad annos discretionis pervenerit. Et quidem olim circa prima fidei incububala frequentissima erat apud fideliſ ejus ſuſcepſio, verum postmodum, tepeſcente paullatim Christi fideliſ ardore, ſtatutum fuit, ut niſi quis forte majoribus criminibus impeditetur, ter ſalteri in anno, neceſſe in feſto Paſchatis, Pentecoſteſ, & Natiſis Domini, coſmuſicaret, can. Etiſ non frequen- tia 18. can. Omnis homo 21. De conſerat. Diſtinct. I. ac tandem eō decurſum eſt, ut quicque faltem ad minus ſemel in anno, & quidem in Paſchate, fuſcipiat Eucharifta Sacraſmentum, arcendus alioqui ab ingressu Eccleſie & Eccle- ſiaſtika priuandus ſepulcra: niſi forte quis de proprieſ Sacerdotiſ conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus duxerit abſti- rendum, c. Omnis utriuſque 12. inf. De poenit. & remiſſionib.

2. Quod præceptum de coſmuſicando in Paſchate currit à Dominica Palmariam uſque ad octavam Paſchatis inclusivè, ut ex alijs, quoſ eam in rem citat tradit Zorola in Praxis I. p. V. Eucharifta §. 7. ita ut, qui coſmuſicant intra hoc tempus, ſatisfaciat præcepto, nec incur- rat poenam quæ paſſim à Prælatiſ imponuntur non coſmuſicintibus in Paſchate. Quinim ſatisfaciant, qui coſmuſicant quolibet die Quadrageſimæ, ubi de hoc legitima & præ- ſcripta eſt conſuetudo. Nav. in Manuall. cap. 21. n. 45. licet olim ſub Marco Aurelio, à Sotere Pon- tiſtico ſtatutuſo fuerit, ut in coena Domini co- muſicetur: nam poſtea hæc anguſtia tempo- ris ad duas hebdomadas lixata eſt.

3. Debet autem quicque, ad hoc Sacra- mentum accedens, peccata ſua omnia legitime ful- ſe confeſſus. Item jejunus excepta cauſa extre- me infirmitatis, in qua, ne fine viatico hoc iu- ſimus decedat, etiam à cibo ſumpto reſer- coſmuſicat, can. Presbyter 93. De conſerat. Diſtinct. 2. Debet abſtineſſe ab uxore & Veneri- ate ſacra coſmuſionem tribus, quatuorve ut{o}to diebus: ex honeſtate tamen non de præcepto, can. Omnis homo 21. d. Diſtinct. 2. Noſ excommunicati aut interdictiſ, can. Tri- bu gradib. 23. §. præcipiſſim. & ſimiſibus: non haereticus aut iñfidelis, can. pen. & fin. XXIV. g.

1. can. Qua paſſus 25. d. diſtinct. 2. noſ aiktrio aut ſcenſiſ, quamdu huiuſmodi artes impro- bas exercent, can. Pro dilectione 95. cum can. ſeg. ead. diſtinct. ſed diſtum peracta confeſſione ac pœnitentia, in cauſa tamē necessitatis, id eſt morientibus, ſed poenitentiibus, etiam ex gra- viſſimiſ ſceleriſ, viariuſ Eucharifta non eſt negindum, licet in vita denegari debuerit, can. Poenitentes diſtinct. 50. etiam excommu- niſatus, modo ſatisficerint, can. Tenta 24. Diſtinct. 86. Si multer nec denegari debet in- firmis, qui poſquam illud penitent, priu- quam ac pere potuerint, oppreſi infirmita- te obmatuerunt aut in phrenesiſ laſpi ſuat, habito reſtimonio eorum, qui petentem ac pœ- nitentem audierint, can. Is qui XXVI. q. 6. Scilicet nec occultum peccatorum, quem Sacerdos pro- certo ſit eſſe reum alicuius criminis & impo- nitentem, publicè aceedentem ad coſmuſio- nem nominatiſ ſeppellere potest, e. Si ſacer- dos 2. ſup. De officio iud. Ordin. ſed debet cum ſecreto modere, ne ſe ingerat coſmuſioni: quam nec Christus ipſi Judæ, quamvis eijus occultam pœnitentis cogitationem noſeſet, ne- gavit, de. Si ſacerdos, & can. Sicut iudas 68. De conſerat. Diſtinct. 2.

Caterum licet Sacerdos celebraſ Saca- mentum hoc ſub utraque ſpecie paſcipiet, tamen ab Eccleſia reeptum eſt, ut laici & Cleri- ci, illud noſa conſcientes, ſub una tantum ſpe- cie panis ſumant, Concil. Trid. ſeff. 21. cap. 1. in doctrina, De coſmuſione, ſub qua non minus totus ac integer Christus verumque Sacra- mentum, qđam ſub utraque, ſumitur, Concil. Trid. ibid. cap. 3. & can. 3 ſicut etiam in ſinguliſ por- tionibus hoſtia conſerata totus & integer eſt ac ſumitur, can. Quia manducat, & aliis d. Diſtinct. 2. Concil. Trid. ſeff. 3. can. 3, ubi anathē- mate ferit ſecus ſentientes.

4. Pterea quamvis olim coſmuſicantes proprijs manibus hoc Sacraſmentum acci- pient, poſtmodum tamen id veritum fuit, ſta- tutumq; eſt, ut, ſicut ſolus Sacerdos illud con- ſicit, ita & ſolus eroget alijs; adeò ut ſi alijs quam per ſemipium presbyter infirmum vel aliun coſmuſicet, ſui gradus periculo ſubjaceat, can. Peruenit 29. De conſerat. Diſtin- 2. Abſente tamen Epifcopo & presbytero po- tent Diaconus conſerat, can. Diacones 13. Diſtinct.

Dicitur. 93. imò etiam præsentare presbytero, si necessitas vigeat, d. can. Diaconos, & can. Præsente ibid. qua de re vide latius Azor. i p. Inscript. moral. lib. 10. c. 13. Religiosi verò absque licentia speciali presbyteri parochialis vel concessione summi Pontificis Clericis aut laicis hoc sacramentum administrare non possunt sub pena excommunicationis, ipso factio incurrendæ, absolutione summō Pontifici reservata, Clement. I. De privilegiis.

#### §. IV. De effectu Eucharistiae.

1. Conferit gratiam rite sumentibus,
2. Non sibi conscientia peccati alicuius.

I. Non primis per illud seu in ipso recolitur memoria Passionis Christi, can. Iteratur, & aliis pluribus, De consecrat. Distinct. 2. Rite sumentibus conferit gratiam. Et que cibus & potus spiritualis, non corporis, sed animæ substantiam fulcens, can. Non iste panis 56. d. Distinct. & quo restauratur, quod ex calore concupiscentie per venialia peccata deperditur: cuiusque sumptuone transimus in carnem ejus, qui caro nostra factus est, scilicet Christi, can. In quibus 38. d. Distinct. illicet uniam atque incorporamur, unum cum illo efficiamur, ac de illius spiritu vivimus, can. Christus 37. cum duobus seqg. d. Distinct. 2. & aeternæ vitæ sumus participes, d. can. Christus & aliis d. Distinct. Peccata eriam venialia relaxat, can. Si quotiescumq; & pluribus aliis ead. Distinct. \* 2. Alioquin si quis conscius sibi alicuius peccati mortalis, ac habens adhuc voluntatem peccandi, illud accipiat, nihil proficit ad mundationem, nec salutem acquirit eius perceptione, sed damnationem, & gravatur magis, can. Qui seclerae cum can. seq. d. Distinct. 2.

Denique, ut alios effectus omittam, conservat hominem à peccatis futuris, cum quatenus est cibus, cor hominis interioris corroborans, augendo in eo habitum charitatis & gratiae; tum quatenus, tamquam signum Passio-  
nis Christi, per quam vesti sunt  
demones, demonum repel-  
lit: asiluit,

¶. 30

#### TITULUS XLII.

#### De Baptismo & ejus effectu.

§. I. Quid sit Baptismus & quotuplex,

1. Vnde dicitur Baptismus, & Definitio illius,
2. Materia;
3. Forma;
4. Divisio,

Postquam actum est de Sacramento Eucharistiae, quo in sacrificio nihil esse maius potest, can. Nihil. 8. De consecrat. Dist. 2. \* 1. merito subiectum est de Baptismi o. ejusque effectu, quandoquidem sit omnium aliorum Sacramentorum fundamentum, & janua vite spiritualis, cap. Venientia inf. De presbys, non baptizato, quippe per quem transimus in numerum credentium Christo incorporamur, ejusque membra efficiamur, can. Quia passus 36. de consecrat. d. Distinct. 2.

Baptisma autem Græcè idem est, quod apud Latinos Mersio seu Tinctorio aut etiam ablutio, à verbo οντισμό, quod abluo seu mergo significat; nam à peccatis originali & actuali abluit, can. Regenerante 136. De consecrat. Dist. 4, nec confertur ordinariè, nisi per insertionem aquæ, c. penult. h. sit. unde in sacris litteris passim vocatur Lavacrum regenerationis, & à Patribus Flumen gratiæ, Diluvium peccatorum,

2. Omissis autem aliorum definitionibus, in Catechismo Rom. definitur Baptismus esse Sacramentum regenerationis per aquam in verbis vita, ex Ioan. 3. & Paul. ad Ephes. 5,

Per particulam, regenerationis distinguitur à reliquis Sacramentis, saltem veteris legis, quae non justificabant animas,

3. Per particulam, per aquam, aperte distinguuntur à reliquis Sacramentis novæ legis, & simul exprimitur materia hujus Sacramenti, quæ est aqua, non quælibet, sed vera & naturalis, sive calida sive frigida d. c. penult. h. sit. Conc. Trid. Sess. 7. cap. 2. De Baptismo. Ideoque per aquam rofaceam aut aliam stillatitiam, aut per salivam, lacrymas, sudorem, lac, vinum, vel alium similem liquorem, ab aqua naturali differen-